1604

31

Acta Regiomonti in Conventu generali anno 1.6.0.4 die 13 Decemb stilo novo

Propositio Comitiorum sive Conventus.

1 Vt pro domo Brandenburgica intercederetur

2 Et Regiæ Mti, cum id antea postulasset, præsidium præberetur

3 Vt filiabus Alberti Friderici dotalicium daretur.

Ad primam

In diversas sententias itum, boni enim cives, et quod id contra Regiæ Mtis voluntatem non ignorarent fore, et quod vererentur, ne eo facto in onera quibus gravatum Ducem iri existimabant, incaute inciderent, strenue contradicebant, et intercessionem hanc fieri debere omnino negabant. Conclusum tamen à Regentium et Optimatuum statu, intercessio est et hæc Assistentia nominata, addita cautione, si primo animum S. R. Mtis ac ordinum Regni, melius i-natum viderent.

Ad secundam

Subsidium Brandenburgi à Regia Mte postulatum et ad universos status à Regentibus reiectum, alacribus animis ab incorruptis civibus concessum, ac ut tota contributio integra Regiæ Mti daretur, diligenter suasum, à pluralitate tamen ~~tempus permittosa~~ conclusum.

Från oplacerade handl,
Extranea 193 9

clusum, vt ex eo tributo quinquaginta millia fl. tantum R. Mti darentur.

Ad tertiam

Dotalicium contra factu Regni et contra multorum sententiam ex eodem tributo sexaginta millia fl. concessum.

In principio statim à nonnullis conquestum est, quod domini Regentes preter scitum ac forte etiam contra voluntatem R. Mtis, perangusto tempore conuentum hunc Regiomonti nobis indixerint, cum tamen res huius Prouincie et sacre R. M. ~~[illegible]~~ Presidentem et plus temporis exigerent.

Articuli

1 In conuentu particulari trium districtuum consensum est vt Catholicis libera religio sit, et ecclesie in bonis et villis eorum cum prouentibus antiquis ad eas spectantibus et iurisditione Ecclesiastica.

2 Roganda R. M. humiliterque petenda, vt ius municipale nobis concedat corrigendumque permittat, quemadmodum terre Culmensi permissum est, ita vt iustitie vniuersus ordo modernus in vniuersum reformetur.

3 Priuilegia et iura huius prouincie que hactenus nobis incognita Regiomonti et in arce Tapiauensi reposita sunt, in publicum edantur, ab omnibus postulatum et approbatum

4 Grauamina tam publica quam priuata vt R. Mtas tollat ab ea humilimè petendum, in particularibus conuentibus conclusum est.? In generali vero conuentu

post

post multas disceptationes et contradictiones,
vt omnia grauamina in Germaniam ad Electorem
transmitterentur, et vt in futuris Comitijs, uel per
se, uel per legatos se ea sublaturum iureiuran-
do polliceretur, contra sententiam multorum, qui
id contra S R M voluntatē fore, aperte de-
monstrabant, conclusum est

5 Scriptæ litteræ ab Electore ad status vniuersos
quibus tanquam subditis felices deliberationes
præcatur, omniaq se facturum in gratiam ipsorum
pollicetur: quæ non ab omnibus grato animo
acceptæ vtpote, quod S R M læsam existi-
mabant iri, humiliter tamen tanquam à subdi-
tis contra uoluntatem prædictorum responsum
resq Prouinciæ illi in amplissima forma com-
mendatæ,

6 Datæ etiam litteræ et ad Sigismundum Electo-
ris filium petitumq ut patri res Prouinciæ com-
mendaret, eidemq titulus Ducis Prussiæ datus
contra multorum sententiam et voluntatem.

7 Ad conclusionem faciendam reuidendam et
corrigendam, deputatæ certæ personæ ab omnibus
statibus: Posteaquam autem de literis S R Mtis
ad Reuerendissimum Dnum Epum Culmen
missis certiores facti sunt nonnulli, constanter
protestati

protestati sunt de his omnibus quæ S. R. M. offendere existimabant

8 Ad causam Brandenburgicam promouendam sub assistentiæ nomine electi sunt nouem in quorum numero ex Regentium ordine Kasspa est, quorum singulis quingenti floreni ex eadem contributione dati, demandatumque iis ut Regiæ M. prænominatam summam offerant, reliquis etiam proceribus suppressis tamen eorum nominibus ex eadem quoque contributione non leuia donaria constituta

9 Cum autem incorrupti ciues uererentur ne quid præter eorum scitum aut voluntatem in Comitiis Regni futurus, quod reipublicæ eorum nocere possit iidem ablegati statuerunt. In particularibus conuentibus postularunt ut cuique liberum sit in Comitiis Regni ablegatis adesse et cum iisdem pari facultate de communi patriæ bono conferre et cauere ne iis inscijs respublica aliquod detrimentum patiatur. Cui articulo in conuentu generali Regiomontano non contradixerunt

Omnia adulationibus et practicis plena erant in Regentium optimatumque statu adeo ut omnia in medium ad disputandum proposita,

non modo

non modo ante priuatim agitata, ſed iam dudum
concluſa uiderent, et ~~quamq~~ quamuis à multis di-
uerſum ſapienter probaret, et contradiceretur,
obtinuit tamen pluralitas conſpiratorum.

M. Fin[illegible]

Lecta in Conventu Regiomontano. Anno 1604

24
ME